



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Gregorio XII. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Nomecl. Sancte Romane

In libros Sententiarum Commentaria, vt notat
Trithemius.

Conclusiones Concilij Pisani, quæ extant in Bi-
bliotheca Cantabrigiensi.

Sermones varios.

Multaque opuscula Obligationis, & in qualibet a-
lia facultate. vt indicat Tossignanus. Bononiæ
iacet in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

Summus Pastorum Alexander quintus, & omnis

Scriptura lumen, sanctissimus ordo Minorum

Quem dedit, & proprio Cretensis nomine Petrus. Mi-
grauit an. 1410.

Petro Philargo Cretensi, viro insigni, oratori gentium, Concio-
natori facundissimo, Consiliario Ducum, Disputatori acerrimo,
Parisii publicè Theologiam profitenti, in quatuor Sententiarum
libros scriptori luculentissimo, qui ex ordine Minorum ad Episcopatum
Vincentiæ, Nouariæ, Archiepiscopatum Mediolanensem,
Cardinalatum, & tandem ad Summi Pontificatus apicem evectus,
& Alexander 5. appellatus. Bononiæ moritur, anno salutis 1410.
Pontificatus sui mense octauo. Ioannes Baptista Paganus de Zan-
tinis bono pietatis impulsus, dum plura in hoc templo, diuino cultui
pararet, eidem Diuo Cultori hoc mausoleum reparauit an. 1588.
die 20. Septembris.

A GREGORIO XII. CREATI.

B. IOANNES DOMINICI Florentinus, ordinis
Prædicatorum, Theologica Scientiâ clarus, quæ Cardi-
nalatus auctario non mediocriter emicuit, scripsit

In Ecclesiasten.

In Cantica Canticorum.

In Euangeliū Mathæi.

Super

Super Magnificat.

In Epistolam ad Romanos.

Luculam noctis contra Colucium Salutatum.

Itinerarium Deuotionis.

De amore Charitatis.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Sermones quadragesimales.

De possessionibus.

Sermones 50. in primos nouem Psalmos.

Et quædam alia. Obiit Budæ anno 1420.

Hūgariæ Legatus, Ibidemque in Ecclesia S. Pauli

sepultus miraculis claruit. Eius vitam scripsit

Ioannes Caroli Florentinus ord. Prædicatorum.

ANTONIUS CORARIUS Venetus, Gregorij 12. cx
fratre Nepos, Cardinalis; Episcopus Bononiensis & Pa-
triarcha Constantinopolitanus, opimis Sacerdotiis ad
vnū dimissis, facultates vniuersas vestibus suis tenuis
pauperibus erogauit, & ad rem sacram peragendam ne-
cessaria duntaxat reposuit, scripsit referente Garim-
berto,

Historiā rerum suā ætate gestarum. Iacerque Ve-
netiis in Ecclesia S. Georgii de Alga cum hoc
Epitaphio.

Sepulchrum Pijſimi Patris Domini Antonij Corario Beatae
memoriae Episcopi Ostiensis, Cardinalis Bononiensis, fundatoris
huius congregationis, qui Obiit anno à Natinitate Domini 1445.
die 19. Ianuarij. Orate pro eō semper.

GABRIEL CONDVL MERIVS Venetus, Grego-
rii 12. cx forore nepos Cardinalis, qui postea Eugenius
Papa 4. circunciso Pontificio comitatu, eoque minimè
in ostentationem composito, familiares habuit paucos

K

admodum sed literatos, quarum conscientiâ in Ecclesiæ moderamine ut plurimū vtebatur, inter quos Leonardus Brunus, Pogius, Aurispa, Laurentius Valla, Georgius Trapezuntius, & Blondus cæteris antistabant, quorum locupleti relatu ingentibus negotiis (etsi cæpta se-
cūs cædebant) par deprehenditur, sed adeò sœculi inkle-
me ntiâ Ecclesiæ res disiectæ erant; ut expreßâ necessita-
te multa prudens præterire adigeretur, cum neque quid
pro tempore foret satis constaret. scripsit

Aduersus Hussitas hæreticos.

Contra Basiliensem conuentum libellum.

Epistolas plures eiusdem argumenti.

Et literas super reformatione Græcorum. Obiit
anno 1447. Sepultus in Basilica S. Petri Vatica-
na cum hoc Epitaphio.

Eugenius iacet h̄ic quartus, cor nobile cuius

Testantur vitæ splendida facta suæ.

Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,

Alter ab occasu, Cæsar uterque pedes,

Alter ut accipiat fidei documenta Latinæ,

Alter ut aurato cingat honore caput.

Quo duce & Armenij Græcorum exempla secuti

Romanam agnorunt Æthiopesque fidem.

Inde Syri & Arabes, mundique e finibus Indi,

Magna sed hæc animo cuncta minora suo.

Nam valida rursum Teucros iam classe petebat;

Dum petit; ast illum sustulit atra dies.

Qui semper vanos mundi contempsit honores,

Atque hac impressâ condite, dixit, humo.

Sed non quem rubro decorauerat ille Galero

Non hoc Franciscus, stirps sua clara tulit.

Ecclesia Cardinalium.

75

Susceptique memor merititam nobile, quod nunc
Cernis, tam præstans surgere iussit opus.

PHILIPPVS REPINGTON Anglus, Oxoniensis
Academiae Theologus, Vviclefi Præceptoris sui hæresi
imbutus, scripsit

Defensorium Vviclefi.

Pro doctrina morali eiusdem

Homilias per annum.

In Euangelia Dominicalia.

De seculari dominio.

Quæstionesque disputatas. Anno aëinde 1382
palinodiâ recantatâ Lincolnia factus est Episco-
pus & Cardinalis, præcedentisque vitæ errata pia
senecta obliterauit.

MATHÆVS POLONVS Cracoviæ natus; vnde in
omnem ditionem regimen, ex Episcopo Vormatiensi
Cardinalis, scripsit, ut notat Eisengrein,

De amore Charitatis.

Expositionem Cantici Canticorum.

In Ecclesiasten.

In Mathæi Euangeliū. &

In Epistolam ad Romanos.

B. LVCAS MANZOLVS Florentinus, ordinis Hu-
miliatorum, non ita pridem à Pio 5. antiquati, ex Epis-
copo Fesulano Cardinalis, scripsit

Summam Cafuum Conscientiæ.

De Augustissimo Eucharistiæ sacramento.

Simulatōque nomine Consilium Laurentij de
Ridolphis pro Collegio contra Antipapas.

Florentiæ iacet in æde omnium Sanctorum
cum hoc Epitaphio.

K ii

*Nomencl. Sanctæ Romanae
Exemplar vitæ, morum, virtutis & alme
Professor legis, qualem vix nouerat ætas
Nostra parem; fuit hic Lucas ex ordine nostro.
Cardinis ad culmen Romanae sponte vocatus
Ecclesiæ, verum Legatus postea Summi
Pontificis moritur, cælum mens ipsa volavit,*

Anno

Domini 1411. die 14. Septembris.

P E T R U S M A V R O C E N V S Venetus Cardinalis, Iu-
ris consultus insignis, lustratis legum penetralibus, scrip-
sit referente Trithemio,

Super 6. Decretalium commentaria quæ in Bibli-
otheca vaticana seruantur.

Determinationes varias.

Et alia legum interpretamenta, quæ non medio-
cri Pontificii Iuris iacturâ in Bibliothecis pulue-
re obducta delitescunt, ut author est Marcus
Mantua Patauinus. Romæ iacet in Ecclesia S.
Mariæ nouæ cum hoc Epitaphio.

*Hic iaceret præclaræ memorie Reuerendissimus in Christo Pa-
ter Dominus Dominus Petrus S. Mariæ in Dominica Diaconus
Cardinalis Venetiarum Iunior nuncupatus, qui obiit anno Domi-
ni 1424. die xi. mensis Augusti; Cuius anima in pace requiescat.*

A IOANNE XXIII. CREATI.

P E T R U S D E A L I A C O ex Oppido de Compieg-
ne, Gallus Cardinalis Episcopus Aniciensis & Camera-
censis, Ioannem Geronem auditorem habuit, scripsit-
que